

C. Demum iura isthæc aliter *in statu originario*, aliter *in Societate civili* exerceri debent: alias iterum summæ perfectionis regulas INCARNATA DEI SAPIENTIA tradit, quas si fideliter custodirent cives christiani; non modo violentæ defensionis, aut litium necessitate penitissime ipsi carerent, verum etiam iniquissimis hostium suorum odiis extinguendis efficerentur pares.



ADPENDIX. ELEMENTA MATHESEOS.

I. *Mathesis* uti ad excolenda ingenia egregie deservit, ita insignes in Philosophia corporum et vita sociali usus præstat. Definitur vero *Mathesis* Scientia *Quantitatum*, atque in *Puram* et *Adplicatam* abit.



CAPUT I. MATHESIS PURA.

II. *Quantitates* considerari possunt 1) ceu congeries partium absque ullo respectu ad earum-